

a 1522 ad 1533 = 254 ut 200

Petrus Tomicki vicecancellarius, Sigismundo
primo regi Polonia.

227

Sacra regia maiestas et domine domine cle-
mentissime. Post humilem servitutis et oratio-
num mearum commendationem. Tametsi sciam
ad administrandam alicui iustitiam nulla com-
mendatione legere maiestatem vestram, ne ta-
men iis qui à me petunt commendari, literas
negare velle videar, idem sapiens ad maiestatem
vestram coactus scribo. Diversum enim in ea-
dem causa scribere, neque licet neque ego volo.
Ac is quidem Salomon Andreas redit iterum
ad maiestatem vestram, ut in causa quam ha-
bent cives affines de hereditate cum domino Ni-
colao Gliuski, et quam etiam commissarii re-
miserunt ad maiestatem vestram, finem aliquem
tandem assequatur, quique dicit se apud ma-
iestatem vestram dilucide velle demonstrare, quid
iure affinitibus suis debeat. Ego plurimum
rogo maiestatem vestram, ut illum et adversa-
rium illius diligenter in omnibus qua dicere
voluerint, auscultare dignetur, et eam illorum con-
troversiam, prout equitas suadere videbitur, ter-
minare. Id enim quod maiestas vestra decreve-
rit, et illis et ceteris omnibus rectum et ius-
tum semper videbitur. Officium autem istud
cedet in laudem et gloriam maiestatis vestre
sempiternam. Ego me et servitatem meam rur-
sus commendo maiestati vestre serenissimo,
quam

quam felicissimam esse, et optime cum liberis
suis, et serenissima coniuge incolumem vehe-
menter desidero. Datum Cracovia